HIERONYMUS
um 836/859 Seite 103v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38178
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



decē numerus
hoc ē centenariū numerū possidebit · quo
aduictima magnus adsumitur · ut immolet ur
die quarta decima atque hoc modo usque ad
mille et decem milia et centū milia et ultra per
decadas suas numerorū ordo procedit ·
post decimū aut annū mensis duo decimus po
nitur · ut perfectus duo decim apostolorum
ac prophetarū qui in uno uolumine continen
tur numerus demonstretur · porro iuxta
LXX decimus mensis qui hebraice apellatur
TEBETH · et apud aegyptios TYBI · apud roma
nos ianuarius dicitur · eo quod apud illos an
nisit ianua omni calore sublato · hiberni fri
goris contin et principatū · hoc de numeris
dixisse sufficiat · ceterū illud uel maxime re
quirendum ē · utrū ipse sit pharao qui in ex
odo et in esaia · et hieremia · et hiezechihel ·
multisque aliis in locis et in cantico nominat ·
equitatui meo in curribus pharao · ad simila
uite proxima mea · an alius adque alius ·
uidetur que mihi non esse unus · sed aput aegyp
tios hoc uocabulo demonstrari regiam dig
nitatem · sic aput romanos caesares et au